

46 COLLOQUIORUM PUERILIU

nis opus, deinde etiam diuturnitas belli.

U. Quomodo pacis conditiones erant comparatae? *W.* Nostri successores easdem crastina luce per compendium ex ipso pacis instrumento proferent.

U. Avide ista exspecto.

Colloquium XXXII^{dum.}

De dispositione pacis intuitu religionis.

XENOPHON et ZEPHANIAS.

X. Quænam disponit pax Westphalica intuitu religionis? *Z.* Sancta sunt in instrumento pacis sequentia: *Terminus restitutionis à quo, tam in ecclasticis, quam quæ intuitu eorum in politicis fuere mutata, esto primus Januarii dies anni millesimi sexcentesimi vigesimi quarti.* *X.* Quid ultra? *Z.* Civitates Augusta Vindelicorum, Dunkelspyla, Biberacum, & Ravenspurgum retineant bona, jura & exercitium religionis,